

1227

I C O D I C E S

1228

DXXXIII.

U. 114 Codex chartaceus lat. Sec. XV.

Folior. 287. 4. corrente calamo perscriptus et rubricis enotatus, principio mutilus, multumque situ passus continet I. Lecturam in *Librum I. Sententiarum*, ad cuius calcem habetur: *Explicit lectura sententiarum primi cum dubijs litteralibus atque notabilibus eundem concernentibus scripta Anno (14) 34. finita scribendo Sabbato post octavas Epiphanie.*

II. fol. 144. sequitur Lectura in IV. ad cuius calcem: *Explicit Lectura sententiarum Anno (14) 37. Sabbato post francisci nouissima lectione conclusa.*

III. fol. 270. p. 2. De comitibus Juramenti Excerptum ex *Alexandro Alensi* hujus initii: *Vtrum si desit iusticia sit iuramentum obligatorium &c.* Ad calcem: *Hec omnia Alexander de Halis.* Ita sane, et quidem P. III. *Summae Q. 31. Membr. 4. edit. Venet. 1575. fol. 125. f.*

IV. fol. 276. Principium in *4^{ta} sententiarum Anno (14) 37. feria II. post Michabelis*, in illud: *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis &c. Gen. II. 10. quod Thema cum Profusiones in II. III. et I. supra relatae pariter habeant, omnes ad eundem Autorem ἀναφορῶν referendae videntur. Praefens incipit: *Scripturarum enigma ta penetranti &c.**

V. fol. 278. p. 2. usque ad finem Excerpta varia e Jure Canonico, *Alex. Alensi* et aliis de *Matrimonio.*

DXXXIII

DXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 286

Folior. 260. f. per duas columnas corrente calamo scriptus et rubricis enotatus Commentarius scholasticus est in I. et II. *Librum Sententiarum M. Petri Lombardi* ab ipsa Prologi ejus: *Cupientes aliquid de penuria &c.* expositione ita orfus: *Huic libro totali magister probemium premitit in quo tangens causas suscepti operis tria facit &c.* Sub finem triplex *Ευχαριστιον* ad Deum, B. Virginem et Auditores, in quo mire gesticulatur Interpres. Codex situ passus.

DXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 309

XIV. Folior. 309. f. per duas columnas nitide exaratus, coloribus distinctus et a *M. Stephano de Enczesdorff T. L.* et ad *S. Stephani Canonico*, qui jam a 1391. et 97. Studiorum Universitati prae fuit, donatus ad *Collegium Ducis* continet, ut eadem Nota praefert, *Lecturam et Compilacionem bonam super libros sententiarum*, sed ultra *secundum* non procedit. Prooemium L. I. incipit: *Chor. II. O. altitudo diuiciarum sapientie &c.* Commentarius ipse: *Cupientes. Hec pars probemialis diuiditur primo in partes quatuor seu quatuor causas &c. Fol. 179. orditur Prooemium L. II. sic: Terribiliter magnificatus es &c.* et Commentarius: *Creationem omnium rerum &c. In hoc secundo libro (ut) dictum est agit magister de creaturis. cuius*